

# Aus dem Leben eines schwäbischen fahrenden Scholaren im Zeitalter des Humanismus und der Reformation.

Briefe und Akten zur Biographie des Dr. Daniel Mauch aus Ulm,  
Domscholasticus in Worms.

## Dokumente.

### I.

Daniel Mauch an Zeno Rychard (in Tübingen).  
Ulm, 1522, September 28.

Ep. Rych. No. CCCCXXI

1. IV, t. II. p. 470, 471 (f. 236<sup>v</sup>, 237<sup>r</sup>).

Bonarum artium tyroni studioso Zenoni Rychardo amico suo  
Daniel Mauch S. D. P.

Expediti omne negocium tuum, Zeno charissime, pro viribus  
et tandem dum de reditu tuo mentio fieret, apotecarius <sup>1)</sup> maxime  
voluit vos <sup>2)</sup> ad nos redire; sed cum parentem tuum solitarium  
mecum haberem et assignarem sibi excusationem tuam, scil.  
quod ipsemet dixisset tibi: mi fili, si interdum quaedam tibi de  
reditu tuo ad nos scripsero, haec ut hilarior fias, non ut redeas,  
ad te scribo; novi enim te difficulter domum nostram egredi.  
Haec dum ita de te dicerem, subrisit paululum ac sententiam tuam  
mire probavit.

Est tamen aliud, quod timeo vos coactos ad nos redire. Habet  
Janus <sup>3)</sup> negocium quoddam, ignoro quale, in causa alicujus debiti,

<sup>1)</sup> Der wohl Rychard befreundete Magister Martinus Apothecarius, den  
Magenbuch im Brief an W. R. grüsst (Ep. Rych. 472), oder eher der verwandte  
Apotheker Joh. Hubler s. unten Ep. 530 (XI). Apoteca des Vaters Zenos ist er-  
wähnt Ep. 307.

<sup>2)</sup> Zeno und jedenfalls der unten öfters genannte Johannes Beischlag, am  
gleichen Tag mit Z. immatrikuliert (Urk. Tüb. S. 625).

<sup>3)</sup> Zweifellos Johannes Beischlag (Byschlag), Zenos und Mauchs Freund u.  
Studiengenosse in Tübingen. der als Janus auch Ep. Rych. 295 begrüsst wird.  
Janus Byschlagius in Ep. 189 (20. April 1522) und öfters Johannes B. z. B. Ep. 186,  
191, 195, 208, Brief des J. B. an Zeno Ep. Rych. 261 vom Jahre 1523; auch im  
Brief Bebels an Zeno R. wird Janus begrüsst a. 1522 (Nr. 185).

quod quidem sine praesentia sua solvi non potest, et sic tu pariter cum Jano ad nos redire coacti debetis. Tu igitur nihilo minus gaude; nos enim laetissime simul convivari volumus, et si multo hortamine jussus fueris, ad nos redi rebus tuis antea communitis probe. Vale atque pacem habe; fac Janum mei causa plurimum valere jubeas.

Ex Ulma pridie Michaelis 1522 <sup>1)</sup>).

II.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch in Tübingen.

Ulm, 1523, Februar 5.

Ep. Rych. No. DXLIX.

I. IV, t. II. S. 691, 692 (f. 292).

Honesto adolescenti Danieli Mauch Baccalaureo Tubingae in Bursa Ockam amico suo singulari Wolfgangus Rychardus medicus Salutem. Saepius admonui, ne Georgio aurigae vel aliis nunciis quicquam dares, idque in praesentia denuo moneo ac jubeo; ego cum homine ad saturitatem usque pepegi, nec non praedixi nec ex te nec ex filio hilum expectandum. Nolui literas alteras per magistrum quendam Rotkenburgium <sup>2)</sup> misisse, qui postea mutato proposito remoratus hic procrastinat; interea Georgius advenit, cui singula dare statui. Itaque mi Daniel, non mireris perplexas meas literas, runcii sunt in causa. Quod filij laetantur de laurea, bonum est <sup>3)</sup>, nam honos alit artis <sup>4)</sup>. Ego etiam longe secius per literas hanc rem extollo, quam sentio, quo filios reddam animosos ad literas bonas. Tu quoque fac itidem. Si etiam studia possint moderari, non esset inutile. Nam cumulus studij ingenium aggravat: et dum plus portare volumus, quam possumus, nihil portamus <sup>5)</sup>. Scripsi tibi mihi suspectam esse admissionem, quae plerumque coepta <sup>6)</sup> dirimit. Quae si forsitan a vobis non undequaque considerata fuerit, posset scrupus viae incidere; quod dum fiat, hortare filium <sup>7)</sup> bono animo esse nihilo minusque huc

<sup>1)</sup> In einigen anderen Tübinger Briefen von und an Zeno wird auch Daniel Mauch kurz erwähnt, so Ep. Rych. 186 (22. Juli 1522); Nr. 124 (28. Juli 1522); Nr. 127 (13. Nov. 1522).

<sup>2)</sup> Albertus ille Rottenburgus cognomine mercator Ulmensis als Ueberbringer eines Briefs des Vaters an Zeno in Tübingen genannt in Ep. Rych. 189 (20. April 1522). Albertus ex Rothenburgk 17. Febr. 1522 in Tübingen immatrikuliert s. Roth, Urk. Tüb. S. 550.

<sup>3)</sup> Zeno war inzwischen Baccalaureus geworden, 5 Epigramme aus dieser Zeit, die den neuen Baccalaureus Zeno feiern, schliessen sich an diesen Brief an (Ep. Rych. Nr. 550–555).

<sup>4)</sup> Nach Cicero Tuscul. Disput. 1, 2, 4, ein altes Sprichwort bei den Römern; Seneca Ep. 102, 16: Vetus poëta dicit: „laus alit artis“.

<sup>5)</sup> Deutliche Warnung vor zu vielerlei Studienfächern folgen in Ep. Rych. 157; 339 an Daniel; vgl. auch Ep. 186 an Zeno.

<sup>6)</sup> C. H: cepta.

<sup>7)</sup> Zeno erhielt am 12. Januar 1523 nach vergeblichem Warten des Vaters auf Antwort die Ankündigung des väterlichen Besuchs (Ep. Rych. 557).

migrare. Nam quid cum eo statuum, praesens audiet. Nulla sunt apud nos nova vestris auribus digna, nisi quod plebs Ulmensis tam parce offerre coepit, quod plebeius parochus noster <sup>1)</sup>, qui hactenus solis oblationibus vitam sustinuit, coram senatu orationem habuit, cuius scopus fuit: tantam imminutionem altari factam, quod non sufficiat amplius domui suae, petijtque sibi largius fieri vitae emolumentum. Haec res est tam nova quam rara. Vale ex Ulma in die sanctae Agathae anno a nato salvatore nostro Christo supra sesqui millesimum vigesimo tertio.

## III.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch (in Tübingen).

Ulm, 1523, Februar 10.

Ep. Rych. No. CLVIII.

l. I, t. I. p. 387 (f. 120<sup>v</sup>).

Vulcanus Danieli Maucho Salutem.

Omnia, quae volebam te nosse, in proximis tibi litteris <sup>2)</sup> adscripsi. Nec somnolento cerebello jam extorquere possum aliud, quam quod mihi semper in fronte habitat, me sci. esse tuum nihilque plus cupere, quam omnibus in rebus tuis esse frugi fautor. Vale et parce brevitati, causam tibi, si scire vis, filius <sup>3)</sup> exponet. Haec enim ad te scribo, non quod scribam, sed ne nihil scribam.

Iterum vale ex Ulma in die Scholasticae Anno 1523.

## IV.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch in Tübingen.

Ulm, 1523, März 22.

Ep. Rych. No. CCCV.

l. III, t II. p. 128 (f. 184<sup>v</sup>).

Wolfgangus Rychardus honesto et perdocto adolescenti Danieli Mauchio artium Baccalaureo Tubingae ad modernos Amico singulari salutem.

Quod tantopere desideras meas literas et item pecunias, nihil est, quod suspiceris, utrum libet per me <sup>4)</sup> stetisse, quo minus actu[tu]m fiet, quod petiisti. De pecuniis nihil ego scivi, nisi postquam pater eas nudius tertius ad me dedit. Nullus autem interea nuncius nobis est obviam datus, cui tuto ad te ausus essem committere, qui dum oblatus fuit, compos factus es voti tui. De filiis non est opus me tecum agere, ipsi enim aetatem habent et ex propriis ad te scribunt. Jussisti autem patrem tuum in nostram

<sup>1)</sup> Münsterpfarrer Löschenbrant; Keim, der fälschlich 549 ad Zen. als Beleg für diese Stelle angibt, führt S. 345 A. 1 zur Erklärung an: Fabri, hist. Suev. II. 3: „plebanus non habet statum plebani aut canonici. — nec tamen aliam provisionem habet . . . nisi suorum subditorum spontaneas oblationes“.

<sup>2)</sup> Offenbar ist Brief II (Ep. Rych. 549) v. 5. Febr. 1523 gemeint.

<sup>3)</sup> Zeno Rychard in Tübingen.

<sup>4)</sup> C. U.: me me.

sententiam pertrahere de alio eundo gymnasio; ego patrem fortuito aedes meas transeuntem advocavi multaque verba de hac re cum eo habui, qui non modo non assentit, verum etiam manibus pedibusque consulit et adhortatur. Addidi etiam verbum de tua modestia, quamobrem tu ipse nihil coram locutus <sup>1)</sup> sis. Probat pater astutiam tuam. Domino Georgio Hasio <sup>2)</sup> dedi Baccium ex meo marsupio teque apud eum ex obaerato liberum reddidi. Vellem citius me novisse hoc debitum. Nam ante pauculos dies baccius ille apud matrem nonnihil <sup>3)</sup> turbae concitavit, nullo tamen Hasii vicio, sed sinistra forsitan <sup>4)</sup> benevolentia avunculi tui magistri illius Crispi (nomen nescio) <sup>5)</sup> sed omnis turba evanuit. Vale ex Ulma in die dominica Judica Anno 1523.

## V.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.  
Tübingen, 1523, Frühjahr.

Ep. Rych. No. CCCCXIX.

I. IV, t. II. p. 466, 467 (f. 236<sup>r</sup>).

Daniel Vulcano <sup>6)</sup> Rychardo archiatro Ulmano domino suo observando χαίρειν. Ego humanitati tuae ac mansuetudini ago habeoque basilicam gratiam, quam tute erga me ostendis; quare omni voto tuo non possum non obtemperare. Carmina nobis ad rescribendum data remittimus sine omni labe atque macula, mittentes <sup>7)</sup> cum his elegantissimam Philomusi elegiam; quam ut legas et perlegas, vehementer oro. Illud enim non citra delectationem facies; quare in hoc mihi obtempera. Ego praeterea eam elegiam tibi olim rescribam, dummodo animum tuum permulserit.

Caeterum si habes aliqua, quae ad Philomusum dare volueris, des. Ego dum hinc abiero, eum adire statui. Vale interim tu; et quod paene omiseram: sit tibi omne votum tuum ratissimum in hoc jejunio, atque dii bene illud vertant<sup>8)</sup>. Negotium meum stat: dabit tamen deus huic quoque finem: <sup>9)</sup> ἐρρωσο<sup>10)</sup> et mihi ut mancipio tuo impera<sup>11)</sup>.

<sup>1)</sup> C. H.: loquutus.

<sup>2)</sup> Nach seinem Befinden erkundigt sich Mauch 1525 aus Budapest (XI.), wo Georgius Hass geschrieben ist. Ueber Hase schreibt 1524 Wolfgang an Zeno in Heidelberg und legt auf sein Wort besonderes Gewicht (Ep. Rych. 150).

<sup>3)</sup> C. H.: non nihil. C. U. nonnihil.

<sup>4)</sup> C. H.: forsitant.

<sup>5)</sup> Der in Ep. 530 (XI.) genannte Mutterbruder, Magister Lucas?

<sup>6)</sup> C. H.: Vulcano.

<sup>7)</sup> C. U.: mittutes.

<sup>8)</sup> C. H.: vortant.

<sup>9)</sup> Nach Vergil Aen. 1, 199.

<sup>10)</sup> C. H.: ἐρρωσο.

<sup>11)</sup> Voran geht dem Gedicht ein Schreiben des Philomus (Ep. Rych. 416, f. 235 C. H.) ohne Datum über Galen, Dioscorides, Plinius und daran anschliessend die von Mauch gemeinte Elegie:

Philomus ad eundem.

Hos tibi mittit Philomus inertes,

## VI.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.  
(Tübingen, 1523, April 20).

Aus Ep. Rych. No. CCVI.

I. II, t. I. p. 539 (f. 143<sup>r</sup>)

... Et ego oro, ut filio omnem velis indulgere erratum, ipse enim se tibi paratissime obediturum pollicitus est mihi. Daniel tuus.

No. CCVII.

I. II, t. I. p. 539 u. 540 (f. 143<sup>v</sup>).

Daniel Vulcano suo S. D. P. Ego nimiam ob occupationem, qua nunc domi detentus sum, nihil omnino scribere potui. Sed postquam conterranei nostri adierint, sylvam mearum literarum habebis, et singulis diligentissime respondebo. Saluta tu meos mihi parentes et quam optime vale.

## VII.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch (in Tübingen?).  
Ulm, 1523 (?).

Ep. Rych. No. CCCCXXIV.

I. IV, t. II. p. 477, 478 (f. 237<sup>v</sup> 238<sup>r</sup>).

Wolfgangus Rychardus D. Danieli Mauchio. Salus tibi et gratia a Domino nostro Jesu Christo. Charissime Daniel, epistolam

Quem vinclis iterum laeva podagra ligat.  
Nil mea solatur fractus praecordia Phoebus.  
Diffugit a laribus turba novena meis.  
Non mihi dulce melos: non enthea plectra canora.  
Pulmantes cytharas, non mihi nabla placent.  
Usque fluunt lachrymae, plantas dolor occupat ingens.  
Sentio carnificis per mea membra manum.  
Unde pares nequeo numeros tibi reddere: cygnus  
Mortuus est: tristi murmure vivit Epopis.

Weiteres aus der Korrespondenz Lochers und Rychards: Carmen Philomus. podagra laborantis in luxum et superbiam mortalium ad Wolfgangum Rychardum Nr. 69, und Rychards Antwort in Distichen Nr. 70, ferner Gedichte des Philomusus an W. R. Nr. 71, 74, 75; ferner Gedichte an Löschenbrand: Nr. 72. Rychards an Philomusus: Nr. 73, 154, 308. 308. Briefe von Philomusus an W. R. Nr. 111. 393, 416, 485.

Auch unser Daniel erkundigte sich wohl von Köln aus, nach einem Brief Wolfgangs an Zeno Rychard, nach Befinden und Lehrtätigkeit des Dominus Philomusus, worüber ihm der Sohn am besten aus Ingolstadt Aufschluss geben soll (30. Jan. 1524 Nr. 233). Ueber Beziehungen Rychards zu Locher vgl. Hehle, Progr. II. Ehingen 1874 S. 40; unsere Elegie ist selbst der echt philologischen Akribie u. dem historisch-literarischen Spürsinn des verdienstvollen Philomusforschers entgangen, wie auch die Arbeit Keims über Rychard und die Rychardsche handschriftliche Briefsammlung, soweit sie nicht in Schelhorns Amoenitates verwertet ist. Wolfgang Rychard konnte nach dem einen scherzenden Brief, geschrieben während Lochers Aufenthalt in Ulm 1521--1522, des Humanisten „wütendes Podagra“ mit allen Arzneien und Umschlägen nicht hindern und verzögerte so seine Rückkehr nach Ingolstadt vgl. Hehle S. 40. — Vielleicht darf ich hier auf die von mir zufällig in der kleinen Villinger Altertumssammlung 1910 gefundene Horausgabe Lochers von 1498, schön illustriert, Forscher und Fachmänner aufmerksam machen.

tuam facetiis dicatam legi atque relegi; placet atque arridet mihi argumentum, quoniam tu et tua mihi sunt cognita, sed reliqui, quibus non est nota tua affectio, forsitan minus ridebunt. Est hujus modi epistolarum genus sub summa rusticitate summa elegantia, nec mihi datum est ad id adspirare non secus quam ad Herculis clavam. Nec reor te ad corrigiam in hac re sapere, sed de hac re malim praesens verba facere. Vale interim ex Ulma.

## VIII.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch (in Tübingen?).  
(Ulm) 1523?

No. DLXXXVII.

I. IV, t. II. p. 728 (f. 324<sup>v</sup>).

Rychardus Danieli S. D. P.

Epistolam tuam facetiis dicatam legi atque perlegi<sup>1)</sup>; placet ac arridet argumentum, quoniam tu et tua mihi sunt cognita. Sed aliis, quibus non est nota tua Minerva et adfectio, forsitan minus ridebunt, et tibi non immerito eveniet, quod, qui male loquitur, pejus audiet, et ad colloquia male placita etiam verissima nauseamus, quemadmodum ad gemmea bracteataque pocula, in quibus amarus syrupos<sup>2)</sup> etiam salutiferos offerimus.

Est tamen huiusmodi epistolarum genus sub operosa rusticitate egregia elegantia, nec mihi datum est ad id adspirare, non secus quam Herculis clavam, nec etiam tuto in hac re undique ultra corrigiam sapis. Res tamen est talis, quae praesenti sermone potius quam litteris expedienda erit. Vale.

## IX.

Daniel Mauch an Zeno Rychard in Ingolstadt.

Köln, 1523, Oktober 6.

Ep. Rych. No. CCCCXXII.

I. IV, t. II. p. 471, 472, 473, 474 (f. 237).

Cyclicarum disciplinarum candidato<sup>3)</sup> Zenoni Rychardo amico suo juratissimo in Bavarorum chrysopoli<sup>4)</sup> bonis literis operam navanti Daniel χαίρειν.

Venit nuper ad me quidam, qui voluit ad Ach peregrinari, et attulit mihi literas a magistro Friderico Schauppio<sup>5)</sup>, summo amico et domino meo atque praeceptore, et etiam dedit mihi literas a Petro Megenhardt<sup>6)</sup>, qui iam est magistrandus, et fortassis habebit

<sup>1)</sup> C. H: pellegi.

<sup>2)</sup> C. H: siruppos.

<sup>3)</sup> C. H. Candidato.

<sup>4)</sup> Ingolstadt, wo Freunde des Vaters, Eck, Locher Philomusus, Brassicanus lehrten.

<sup>5)</sup> Nach Ep. Rych. 518 stammt Fr. Schaupp, dort Scaupp geschrieben, aus Bach, lat. Bessica (= Besigheim), Ach in beiden Codices. Nach d. Matrikel d. Univ. Tüb.. Roth S. 591 (= Hermelink I S. 192 No. 58) v. 6. Okt. 1512: Frid. Schaup de Bessickain; Rektor d. Univ. im Sommersemester 1524 (ebenda S. 624). Vgl. unten XVI.

<sup>6)</sup> Von Cannstatt, immatrikuliert in Tübingen 10. Juni 1521 (Urk. Tüb. S. 621).

primatum; ex ejus autem literis intellexi, quod Joannes Gencher<sup>1)</sup> et Gabriel Stempfel<sup>2)</sup> sint Ingolstadium adituri. Hoc ego invitissime audivi; et etjam Wilhelmus Hessel<sup>3)</sup> ibit cum eis. Tu eos (si verum est) fuge et cave; scis enim, quid tibi fuerint<sup>4)</sup> Tubingae pessimi isti nequam; qui, ut egregie cyathos everteres, semper impulerunt.

Rogo te noli eos intueri. Si enim Ingolstadii vixeris, quemadmodum vixisti Tubingae, non bene habebis. Cum hoc tamen ego audio, quod sint Ingolstadii<sup>5)</sup> excellentes potatores, illis omnino non absimiles: quos nisi caveris, pessime tecum agetur. Principiis obsta: <sup>6)</sup> ne loquaris cum istiusmodi nebulonibus, nec unum cum eis habeto symposium. Si vis bibere, bibe solus in cubiculo tuo, usque dum habes satis; bibere non inhibeo, sed conventicula et crebras potationes fuge. Obtempera, rogo, meo consilio et salvus eris in magna requie. Multum ego de te timeo; det deus, quod timeam frustra. Certe Daniel sum, sed non propheta, sum tamen incipiens poëta: nescio, quid mihi dicat parvulus meus digitulus. Non es puer; consule tibi et ama te et me quoque. Ecce me non fefellit meum augurium. Scripsi majores literas, antequam scivi hoc fore, quod illi nequam essent te adituri. Ama temetipsum honestatemque cole, recorderis, quantae honestatis habes parentem, noli degenerare. Vale ex Colonia <sup>7)</sup> et responde, quam primum tuum fuerit. tercia post Francisci Anno 1523.

## X.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.

Ulm, 1523, Dezember 19.

Ep. Rych. No. CCCCVIII.

I. IV, t. II. p. 447, 448 (f. 232<sup>r</sup>).

Aesculapiae artis et ejusdem usus peritissimo Vulcano Rychardo domino suo colendissimo Daniel *χαίρειν*.

Ecce colendissime Vulcane: dum aeger ego in carcere meo longissimas ducens horas delitesco, et meos tangere libellos adconer, galli<sup>8)</sup> mei me ita molestare incipiunt, ut prae magno dolore vix aliquid agere quiverim. Mox igitur accepto eburneo meo gladiolo, eos statim oppugno, sed me non multum curabant. Ego igitur alium excogitans oppugnandi modum, carmina pro eorum oppugnatione

<sup>1)</sup> Offenbar identisch mit Johannes Gennicher, Kauffpuren, immatrikuliert in Tübingen unter Stöffler am 24. Juli 1522 (Roth S. 628).

<sup>2)</sup> Aus Memmingen, immatr. in Tübingen 27. Juni 1521 (Roth S. 621).

<sup>3)</sup> Kommt in der Tübinger Matrikel nicht vor, ein Wilhelm Hess aus Schorn-dorf 1489 immatrikuliert. (Roth S. 510).

<sup>4)</sup> Aehnliche Warnung vor den Wielandi schreibt der Vater an Zeno in Ingolstadt 6. Dez. 1523 (Ep. Rych 226).

<sup>5)</sup> Und doch schreibt der Vater am St. Magdalenenstag 1524 an seinen Sohn in Ingolstadt (Ep. Rych. 437): Satius erit Ingolstadii morari quam Tubingae, ubi medicinae splendor non admodum splendet.

<sup>6)</sup> Aus Ovid, Rem. am. 91.

<sup>7)</sup> Der in Köln wirkende Dominikaner Konrad Köllin aus Ulm ist erwähnt im Brief aus Erfurt 1529 s. unten XVI.

<sup>8)</sup> Ueber die Bedeutung von Galli s. oben A. S. 22.

composui, quae tam valide arriserunt, ut etiam<sup>1)</sup> digna putarim ea ad te mitti. Rogo igitur, quo aequi bonique consulere non dedigneris, quod te alias occupatissimum barbarie mea obtundere nitor, sed utcunque sit, oro ego, ut hos versus et legere et emendare minime tua dedignetur humanitas. Vale et me ama.

Ep. Rych. No. CCCCIX.

1. IV, t. II. p. 448, 449 (f. 233<sup>r</sup>).

1.

Decastichon ad Christum, quo Danielelem suum  
a Gallis liberet.

Jam novus annus adest, mea sit valetudo novata:  
Deprecor omnitenens tu dato Christe mihi.  
Dic rogitto infirmus sic debilis ipse minister.  
Quid litat in templo, Christe benigne, tuo?  
Dic, etiam antiquus, sic aeger mucidus atque.  
Quid juvat hunc annum, Christe colende, novum?  
Quid quoque, dic, Gallus Gallorum cum ore locutus  
Germanum mulcetque adficit oro virum?  
Jam novus annus adest, jam sit novus ipse Daniel,  
Antiquis nova non, scis, quia conveniunt.

2.

Decastichon ad Vulcanum medicum, quo<sup>2)</sup>  
Danieli suo in Gallica pugna succurrat.

Ep. Rych. No. CCCCX.

1. IV, t. II. p. 449 (f. 233<sup>r</sup>).

O Vulcane potens medicorum dogmate doctor  
Arte bonus, usu major et ingenio.  
Jam novus annus adest et nunc angaria valvas  
Pulsat: Tu Gallos ange fuga atque meos.  
En rogo te, videas tentoria magna locorum  
In capite hoc nostro (proh dolor) oro fuga.  
Jam satis est pugnae, sum debilis atque labore  
Lassus saepe gravi, nec mihi pugna placet.  
Pelle meo gemitus, nunc sit dolor ipse fugatus;  
Nil etenim Gallus me juvat usque minax.  
In ultima angaria anni 1523.

3.

Sapphicum ad eosdem.

Ep. Rych. No. CCCCXI.

1. IV, t. II. p. 450, 451 (f. 233<sup>v</sup>).

Num satis morbo malesana membra  
Tu deus turbas mea, quare flagrans

<sup>1)</sup> C. H. immer etjam., C. U.: etiam.

<sup>2)</sup> C. H.: quo quo.

Et peto atque opto, miserere, sana et  
Languida membra.

Qui pudet quaeso, mihi dicito tu  
Aeger, aut scriptor male semper actus  
Pustulis Gallis, tetricisque morbo et  
Adjuva Christe.

Tuque Vulcane armipotens magister  
Arte praestanti medicorum et usu  
Des Danieli tua, quae potes, mox  
Pharmaca, quaeso.

Si tibi est congruum, ego summe desidero<sup>1)</sup>, quo me semel adeas, vel hodie vel cras infra concionem, vel in quovis etiam tempore; tua enim praesentia non possum tam diu carere; habeo etiam alios versus choriambicos<sup>2)</sup> et hendecasyllabicos et glyconicos, quos tibi monstrabo. Sed jam qui sunt minus emendati, non misi<sup>3)</sup>. Praeterea gratiam tibi habeo ingentissimam pro omni benevolentia tua; ego singula, si possum, aequabo. Vale ex domo mea in angaria anno 1523 14 Calend. Ianuarii.

Einen diskreten für die Sittengeschichte der Universität nicht unbedeutsamen Kommentar zu dieser Hospitalpoesie liefern einige andere Briefe der Rychardkorrespondenz. In einem längeren, eine sehr delikate Sache behandelnden Briefe Wolfgang Rychards an seinen Sohn Zeno und Johann Bisclag in Tübingen vom Magdalentag 1522 (22. Juli) (Ep. Rych. 186, f. 134 C. H.) erfahren wir weitere Details über seine Erkrankung, wie über seinen Charakter: „Daniel Maachus fuit hesternam meridie apud me, cumque diu convenissemus, tandem consilium iniiit proficiscendi Tubingam studiumque philosophicum prosequi. Cui omnem, ut decet, humanitatem impertias, sed si tecum decumbere vellet, omnino denega. Nam mentula sua, quae praeterita hieme male habuit, ex magistri Thomae praesagio futuras in eo gallicas pustulas delitescere protendit, nec est morbus simul decumbentibus infestior contagiosiorque: quare sine omni controversia hominem a lecto repelle. Hanc etiam meam admonitionem si opus est, ei dicito. Nam eius mihi amicitia est charissima, verum etiam tua sanitas mihi ampliori est curae, necessitatem aequo ferat animo, si vult. Nosti etiam hominis mores, qui est ad maximas artes natus, sed ingenii sui magnitudine et dexteritate abutens, extraneis studiis plus quam vellem, adhaeret; iam graecis, iam hebraeis, quae suo tempore sunt pulcherrima, sed tibi pro hac tempestate tamquam philosophiae tuae onerosa, surda aure praetereunda. Ne igitur praesentia et familiaritas Danielis ad hoc te alliciant, vide et omni modo ad tuam cameram Danielem

<sup>1)</sup> C. H.: desydero.

<sup>2)</sup> C. U.: choriambicos.

<sup>3)</sup> C. U.: nisi.

cohabitantem non admitte; alias tamen pro amicitia vestra veteri conservanda hominem saepius visita et omnibus nominibus honora<sup>1)</sup>.

Auf diese Warnung ist wohl die Mahnung in dem undatierten Brief No. 187 (f. 135 C. H.) zu beziehen, über das ihm brieflich Mitgeteilte, besonders das, was Daniel Mauch betreffe, zu schweigen, — ne dum ad aures eius pervenerit, ex amico facerem inimicum; cuius familiaritas est mihi gratissima —, und nochmals den Freund als lectisocius mit Diskretion abzuweisen. Die Antwort hierauf ist wohl das Schreiben Zenos aus Tübingen vom 28. Juli 1522 (No. 124): Daniel sibi proprium selegit cubiculum, nach der Adresse der Briefe Ep. 132, 133, 134, 140, 141, 195 aus dem Jahr 1522, aus Bursa oder Contubernium Modernorum od. Contubernium O(c)kam. Nach einem Antwortschreiben des Vaters auf einen von Mauch überbrachten Brief aus Tübingen v. 20. Apr. 1522 Nr. 189 ist Daniel nach einigem Aufenthalt bei einem Freund in Reutlingen in Ulm angekommen. Grüße an Daniel (Mauch) und Johannes (Beyschlag) sendet der Vater im Brief an Zeno in Tübingen 5. Dez. 1522 (Nr. 197). Dass D. an W. R. nicht geschrieben, klagt W. R. 8. Dez. 1522 (Nr. 199).

## XI.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.

Budapest, 1525, Sommer.

Ep. Rych. No. DXXX.

I. IV, t. II. p. 653—660 (f. 28<sup>2</sup> ss.).

Wolfgango Rychardo domino suo colendissimo Daniel Mauchius Ulmanus archisecretarii apud Campegium minister.

Salus et gaudium et pax in Christo Wolfgange colendissime. Non mihi nova sunt illa, quae nuper de Germaniae nostrae<sup>2)</sup> tumultibus ad me scripsisti, quoniam horribiliora etiam in dies auribus reverendissimi domini mei. Duo tamen sunt in istis tumultibus, quae ego maxime ex te vel parentibus scire percuperem. Unum quid ageret vobiscum fratres praedicatores<sup>3)</sup>, secundum quomodo se haberet Nicolaus Greck<sup>4)</sup>, magnus ille novi evangelii (sed non devotionis fervore accensus) buccinator.

Schrammio meo nomine dicas, oro, et literas etiam, si vis, monstres, quod fatuum ipsum et stultum non sacerdotem exuere oportuisset: quid intendit homo ille ex omni corporis parte debilis? Utinam cloacas ipsum vel lutasas plateas mundare oporteret, qui faber esse nequit: quid sibi vult ista stulticia? Doleo hominis

<sup>1)</sup> Ueber Wolfgang Rychards Freundschaft nicht nur mit den Musen, auch mit Bacchus und Venus, sind, im Briefcodex mehrere Zeugnisse zu finden; über Zeno Richards Morbus Gallicus vgl. unten Ep. Rych, 579—XIII.

<sup>2)</sup> Cod. H. u. U. haben nostro.

<sup>3)</sup> Ueber die Dominikaner in Ulm, s. Veesenmeyer, Versuch einer Gesch. d. ehem. Dominikanerklosters in Ulm. Ulm 1803 u. Miscellaneen litt. u. hist. Inh. Nürnberg 1812 S. 187 - 200. vgl. auch XVIII.

<sup>4)</sup> trat bald mit zwei andern Priestern in Ulm, Joh. Negelin u. G. Schramm, zur neuen Lehre über (s. Keim W. R. S. 345).

istius partes. Num quid in sacerdotio suo bene mansit? Non sat egit charam sibi fovendo matrem, qui nec ludo nec meretricibus quicquam consumpsit<sup>1)</sup>, nec habuit stipendia nimis ampla et suo ingenio indigna: quomodo ipse rem a Christo institutam et ab hominibus sibi injunctam abdicat?

Scio ego<sup>2)</sup> rusticos vestros quantumvis etiam Lutheranos tales nullos sacerdotes unquam odisse. Quis enim homo ille dic, quaeso, melius fuit, quam ut talis esset sacerdos. Sed satis ista. Infatuavit deus sapientiam mundi. Haec non scribo, quod vel ex cardinale vel papa audiverim; verum me movet hominis stulticia, quam ipse meopte ingenio deprehendere possum. Scripsissem etiam proprias<sup>3)</sup> ad hunc hominem literas, sed rusticis et stultis nihil scribo; dum mihi vix vacet, ut sapientibus scribam. Scriberem certe ad te multa, sed quia jam cito nobis hinc abscedendum est, melius et plus nunc<sup>4)</sup> scribere non possum: licet characteres didicerim in hac aula formare optimos, tamen illis non semper utor, nec etiam uti possum, ob temporis incommoditatem. Res autem mecum ita habet. Cito audivi nos discessuros hinc ad Italiam egoque deo volente Romam cum dominis meis ibo; in illis tamen certus non sum, quoniam multa cadunt inter os et offam. Intendo autem sic: licet matri meae nihil de hoc<sup>5)</sup> scripserim, quoniam fortunam meam exspecto, quam nescio, si vel melior deteriorve mihi futura sit; rogo item ex te, ut matre mea forsitan a vobis abscedente hoc meum intentum primo ipsi insinues. Certiores tamen literas, ut spero, ex itinere ad te dabo per Fuckarorum bancam, ut vocant. Literas tuas undevigesima Maji scriptas recepi Budae decima Junij. Mitto autem hic literas filio tuo Zenoni, qui fortassis rem magnam se arbitrabitur impetrasse, si ex Hungaria in Haidelbergam usque literas ad eum misero<sup>6)</sup>; placet mihi, ut diligenter literis incumbat, verum mihi haec facultas ad tempus jam negabitur. Scio tamen me melius Magenbuchio<sup>7)</sup> vivere, cuius hominis plus millies interim sum recordatus, de quo miror te nullum ad me verbum scripsisse; tot habeo ego tamque varias cogitationes. Jam me seditioes vestrae perturbant, ut nihil mihi minus quam quid nunc agam, constet: quare si literae male cohaerent, tu eas ingenii tui rectitudine componas, oro; neque enim verborum neque sententiarum scribo

<sup>1)</sup> C. U.: Quidquam consumpsit.

<sup>2)</sup> C. U.: ergo.

<sup>3)</sup> C. U.: propria.

<sup>4)</sup> C. U.: non.

<sup>5)</sup> C. U.: descripserim.

<sup>6)</sup> Zeno Rychard studierte in Heidelberg zum grossen Kummer des Vaters zwei Jahre lang, 1524 u. 1525, ergab sich, trotzdem er im Hause Frechts wohnte, ganz den Bacchanalien bis zu seiner Heimberufung; s. Keim, W. R. S. 371.

<sup>7)</sup> Johann M., in Wittenberg mit Luther u. Melanchton als Gräzist, Mediziner u. Reformationförderer befreundet. Briefe von M. an W. Richard in Ep. Rych. Nr. 472, 473, 488, 544, 545, von Rychard an Magenbuch Ep. Rych. Nr. 509—515; vgl. über ihn auch Keim, W. R. S. 319 f, 330; Bossert in Theol. Stud. aus Württbg. 1883, 270 f.

ornatus. Sed satis mihi est te mentem meam intellexisse. De literis deinceps meis ad te vel tuis ad me mittendis multum sollicitor. Non enim mihi bene constat, per quem praeter Fuckaros, qui tamen in multas prius dabunt manus, mittam et recipiam. Ad Italiam nos proxima post corporis<sup>1)</sup> ituros certum est.

Bononiae<sup>2)</sup> forsitan in reverendissimi domini mei patria ad tempus morabimur, tandem Romam ituri. Videbo, si istinc ad vos scribere possim, tamen si literis meis diu carueritis, non meam, sed nunciorum imputetis culpam. Scribe mihi, quaeso, quid agat dominus Georgius Hass et dominus Michael Kramer et Martinus Wieland:<sup>3)</sup> tales quidem ad mechanica transire non dissuaderem. Item de magistro meo Luca in septem peccatis mortalibus matris meae fratre<sup>4)</sup> nihil intellexi, quem tamen scio ob matris suae aviaeque mortem omni codro pauperiorem. Rogo, scribas, si et in hujusmodi sacrificulis rustici vestri tumultuentur. Filium tuum, postquam doctor fuerit, Budam mitte; non enim vidi locum, in quo medici plus diligantur et honorentur, quantumvis etiam amusi. Est quia civitas adeo populosa, ut non sit quin mille semper et plures medicis utantur. Bene ibi eorum solvuntur labores, incedunt in vestibus ex purpura et auro, gestant annulos preciosissimos in omnibus digitis. Aureos Hungaricales (qui inter ducatos habentur optimi) in cista et crumena in magna copia habent. Item est unus aromatarium ibi ex Eslinga, qui una die plus lucratur, quam credam Heublerius<sup>5)</sup> in septimana. Cistula enim sua, quam in taberna unguentaria habet, in dies plena fit. Ego non memini huic interfuisse, quin semper recentes pecunias viderim, praeter id quod in registris multa

<sup>1)</sup> Nach Fronleichnamfest, 15. Juni 1525.

<sup>2)</sup> Campeggio stammt aus Bologna, daher auch die Empfehlung in Ep. Rych. 340, der sich aber sicher auf die zweite Reise nach Italien 1530 bezieht. Aus Anlass dieses Aufenthaltes in der Vaterstadt seines Herrn wird Mauch jedenfalls die Gelegenheit zum Besuch der ältesten Universität benützt und sich in Bologna eingeschrieben haben; die Marburger Matrikelnotiz bezeugt es, wie die Immatrikulation an 5 weiteren italienischen Universitäten: Rom, Padua, Pavia, Ferrara, Turin, jedenfalls in der Artisten- später in der Juristenfakultät, in der er 1536 zu Pavia zum Doctor utriusque juris promoviert wurde. Ueber die deutschen Rechtshörer an italienischen Universitäten vgl. A. Luschin von Ebengreuth in Sitzber. d. Wiener Akademie phil. hist. Kl. 117, 544 ff, 779 ff; 118, 1 ff; und Knod. Deutsche Studenten in Bologna, 1289 1562. 1899, der aber in seinem alphabetischen Index zu den Acta nationis Germanicae Mauch, wie noch andere sicher bezeugte Rechtshörer, nicht erwähnt; dagegen mehrere Kraft, Ehinger, Neidhardt. Unten (XIX) ist ein Professor der Medizin, Nicolaus a Victoriis, genannt.

<sup>3)</sup> Georg Hess aus Pfullingen 1506 immatrikuliert in Tübingen (Urk. Tüb. 567, Nr. 92), ob identisch mit dem oben in Ep. 505 (IV) erwähnten, ist bei dem in der Matrikel öfters nachgewiesenen Wechsel von a und e nicht ausgeschlossen. Ein Johann Hess aus Ulm ist mit Zeno Richard auf der Hochschule in Freiburg 1521 immatrikuliert s. Naegele in Württbg. Vierteljh. 7 (1898) S. 260. In der Ep. Rych, 32 ist ein Epitaphion D. Martini Wieland Philomusi überliefert.

<sup>4)</sup> Wohl der oben IV genannte Avunculus, magister ille Crispus, dessen Namen Wolfgang Rychard nicht kannte.

<sup>5)</sup> Ein Brief des Johannes Hybler aromatarium aus Ulm an Zeno Rychard, seinen Agnatus, v. 26. November 1528 (Ep. Rych. 184); Joh. Hubler Apothecarius

scripta habet. Ecce mi Wolfgange, tantum mihi placent medici, ut semper cum illis (si aliqua saltem offertur opportunitas) sedeam, et in dies aliud quasi agens aliquid addisco. Ego enim omnibus mihi male succedentibus de aromatariis adhuc non desperavi, qua in re tu mihi deus eris, cumque opus fuerit, tibi quam citissime significabo. Mater mea timet me ob beneficiorum multitudinem in sacerdotem mutari: ipsi insinues me nec sacerdotium nec beneficia desiderare, immo probam divitem pulchramque in suo tempore uxorem (tu vero crede me neque clericum neque uxoratum futurum; nam vere dicitur: Non bene pro multo libertas venditur auro).

Fortunam ego exspectabo, utcunque illa mihi arriserit. Tu quaeso matrem meam, si tecum est, commendatam habeas, ipsam adi dicasque: si commode aureos aliquot mihi mittere potest, ut mittat. Vix enim post dominum meum meliores habeo amicos quam florenos. Illud quod superius de medicis pene est Zenonis argumentum litterarum, quamvis magis jocose quam serio huic scripserim. Mater mea si vult, commodissime mihi per Fuckarorum cambium pecunias mittere potest. Habent enim Itali hanc solam in se (ut audio) inhumanitatem, quod infirmos servitores statim ad hospitalia ejiciunt: tunc floreni sunt boni amici, in aliis et literis<sup>1)</sup> petieram, sed nulla de his est mentio facta<sup>2)</sup>. Vale et parce ineptae epistolae, quam jam meliorem dare nequivi; in discessu enim<sup>3)</sup> tot sunt tumultus, omnia ligantur, omnia componuntur, adque varias terras literae mittuntur, itaque nobis ex urbe aliqua abscedentibus non parum mihi incumbat negotii. Praeterea literas ut vides multas in brevi certe tempore. Vale denuo ex Buda Hungariae, sole existente in III. gradu<sup>4)</sup> datum Anno 1525.

## XII.

Wolfgang Rychard and Daniel Mauch (in Budapest).

Ulm (1525, nach Brief XI).

Ep. Rych. No. CCCXLV.

I III, t. II. p. 239, 240 (f. 199v)

Wolfgangus Rychardus Danieli Mauchio S. D. P. Fortunam pro meritis tandem respondere vehementer gratulor, charissime Daniel. Dudum eras dignus, apud principem quempiam secretarii provinciam obire. Jam autem meminisse debes, quam lubricus sit

als Verwandten Wolfgangs und Reformationsfreund erwähnt auch Keim, W. R. S. 356.

<sup>1)</sup> C. H.: etiam litteris.

<sup>2)</sup> Wegen dieses allerdings auf den folgenden Rychardschen Brief zutreffenden Schweigens dürfte kaum eine Priorität von XII vor XI gegenüber den anderen Gründen angenommen werden. Der nach meiner Datierung posteriore Brief enthält dagegen die viel bedeutungsvolleren Angaben über die neulich berichteten tumultus Germaniae nicht, was jede Identifizierung abweist.

<sup>3)</sup> C. U.: etnim.

<sup>4)</sup> Für diese chronologische Bezeichnung scheinen Analogien zu fehlen: Grotefend, Zeitrechnung I, 1891, S. 178 verzeichnet unter Sole intrante, morante nur Beispiele für Eintritt der Sonne in ein Monatszeichen.

fortunae ludus, praesertim in aula, quae sentina Protheorum est. Et ut apertius loquar, quid velim, assentatorem te esse oportet; sed industrium atque urbanum, non gnathonem loquor, sed obsequium illud commendo, quod amicos parit. Etenim in quovis hominum invenias, quod laudes, id officiose prosequare, et quod vituperio obnoxium est, conniventibus oculis transspiciendum est. De tuis gestis rebus satius est obmutescere, si autem te etiam Romae fuisse velis scire amicos, aliorum laudes commemorabis, quos Romae videris, unde citra ambitionem innotescet etiam te illic fuisse. De aliis non cessa bene loqui, de te autem quam poteris rarissimam intersere mentionem. Vale.

## XIII.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.  
Wien, 1527, April 19.

Ep. Rych. DLXXIX

I. IV, t. II. p. 720 (f. 319v).

Daniel D. Rychardo S. P. D.

Longum nimis esset, enarrare omnia, quae in tam periculoso itinere sum perpressus <sup>1)</sup>. Wiennam tamen post multa pericula sanus rediens filium tuum Zenonem <sup>2)</sup> vidi, de quo te, quantum possum, exoro, ut eum iuvare non desinas. Est enim certe studiosissimus multum. Verum timet, quod nuper feaciales <sup>3)</sup> litteras misisti. Rogo minis tuis noli impedire ingenium nobilissimum adolescentis. Interim si verbis audacia datur, suspicor eum Gallico morbo correptum <sup>4)</sup>. Juva eum, si vis. Erit enim gloria nominis tui, et ut sperandum est, omnium bonorum retributor. Litterae meae ob negotiorum multitudinem parvae sunt. Ex illis, oro, magnum meum in te animum certissimum tibi persuade. Impedit enim negotiorum multitudo, ut plura scribere non queam. Boni consulas, oro, quae ex optimo animo ad te scribuntur, et filium tuum iuva, ut non desperet. Festinanter ex inclyta Vienna, quam hoc sacro tempore perlustravi. In die Paraphrases <sup>5)</sup> MDXXVII.

<sup>1)</sup> C. U.: progressus?

<sup>2)</sup> Briefe Zenos aus Wien an den Vater 9. Mai 1527 und in octava Pasce (Ep. Rych. 576, 577) und von Magister Jakob Walch an W. R. v. 4. Mai 1527, worin er offen über den ungeratenen Sohn schreibt, und rät, ut filium hinc ablegas, nihil enim mihi de eo polliceri possum, nisi relictis Musis Martem Bellicosum sit secutus (Ep. Rych. 575), und an beide, Walch und Zeno, ein Brief des Vaters vom 8. Febr. 1527 (Ep. Rych. 578).

<sup>3)</sup> C. H.: phaeciales.

<sup>4)</sup> Magister Walch schreibt: febre quartana et tetra scabie laboravit, und: cuiusvis abectissimi hominis societatem affectat (Ep. Rych. 575). Ueber seine Erkrankung schreibt Zeno selbst an den Vater 1527, 28 April u. 9. Mai (Ep. Rych. 576 u. 577.)

<sup>5)</sup> C. U.: Parasceves in Klammer beigefügt.

## XIV.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch (in Wien).  
Ulm, (1527 nach Ep. 576, 577, 579, etwa Mai oder Juni).

Ep. Rych. Nro. CCCXXXIX

l. III, t. II. p. 229—231 (f 198 v).

Wolfgangus Rychardus Danieli Mauchio S. D.

Augustinus Marius <sup>1)</sup> theologus istinc ad nos rediens, maxima me sollicitudine affectit, coram recipiens saevissimam Viennae pestilentiam grassari, quare et peregrinationem illam tam longinquam et viae laborem spemque sanitatis te lusisse pertimescebam; sed postquam ex literis tuis secus accidisse percepi, jam tam magis tibi gratulor, quam maxime prius tuas vices indolui. Itaque mi Daniel, fac tibi assis, et ad philosophiam capiendam omnem lapidem moveas. Postea si ex usu fore intelligas hebreas tuas literas mordicus amplectere, dummodo tamen philosophico sale conditus uberiores emolumentum spem assequare, ne poenitentia ducaris aliquando, si omnem florem, omnem *M i n e r v a e* <sup>2)</sup> pinguedinem tuae adolescentiae in Hebreas literas collocares, cum quibus ad mortem etiam usque desudans vix probrosam inopiam transsilies. Sunt poëtae, sunt Graeculi, sunt Hebraei in deliciis habendi, sed non nisi habitis prius vitae necessariis. Porro vitae necessaria in philosophico studio numerosius occurrunt. Vides enim mille philosophiae cultoribus stipendia obtingere, dummodo vix unum aut alterum Hebraeis locum monstraveris, eundemque ambiguum. Quid velim, dudum ex me inter convivandum augurari potuisti. Tu vale et reliqua, quae per literas expetis circa patrem <sup>3)</sup>, non negligam ullam

<sup>1)</sup> Briefe von Aug. Marius aus Wien an W. R. in Ep. Rych. Nr. 406 vom 27. April 1515 u. Ep. Rych. 542 v. 21. März 1515. Nr. 450 ist ein Tetrastichon Plutosthenis in epistolam Augustini Marii ad Nauseam, quae nihil utilitatis habet. Solum se prodit, quomodo eum gloria vexat inanis, adeo etiam insulse, quod stultus etiam in sella geret, ut est in proverbio. Percidit insontem Marius pro more papyrum, pollicitus montes, edidit atque murem. Nausea laudatur, sua sed praeconia quaerit. Quam proprio, nescit, rumor in ore fetet. Augustin Marius (Mayr), geb. in Lehr b. Ulm, Schüler der (Augustiner) Wengenschule, Freund Stokars und Rychards und Erasmus', seit 1511 Stud. und dann Prof. der Theologie in Wien, ebenso gelehrter als edler Refutator der Augsburger Confession, Weihbischof in Freising, Basel, Würzburg, gest. 1544. s. Keim, W. R. S. 325, u. Reininger, Arch. d. hist. Vereins von Unterfranken 18 (1865) S. 111—158. Marius ist neben Faber, Gersophius, Mauch, Emser in Veesenmeyers Comm. de Ulmens. Erasmi amicis behandelt.

<sup>2)</sup> Vgl. die ähnliche Mahnung und Warnung in XV.

<sup>3)</sup> Dieser hier gemeinte Brief ist jedenfalls nicht identisch mit XIII, der nichts von dem enthält, was Rychards Antwort in XIV. u. XV. voraussetzt. Zwischen dem Bericht Mauchs über Zeno v. 19. April u. diesem Antwortschreiben Rychards Senior hätten wir ein mit oder nach dem Brief Zenos v. 28. April oder 9. Mai verfasstes Schreiben Mauchs aus Wien nach Ulm anzunehmen.

occasionem. Iterum vale. Zeno<sup>1)</sup> filius rescripsit, literas ejus hisce adjunxi, quas lege, et si opus erit, responde etiam filio. Ex Ulma.

## XV.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch (in Wien).

Ulm (1527, nach XIII. und XIV. Juni oder Juli?)

Ep. Rych. No. CLVII

I. I. t. I. p. 385—387. (f 119<sup>v</sup>, 120<sup>r</sup>).

Vulcanus Rychardus Danieli Maucho suo S. P. D.

Quod me hortatus es per literas de conveniendi patre<sup>2)</sup>, feci diligentissime, qui primulum visus est Demeam prae se ferre, sed argumentis a me demulsus in Mitionem commutatus<sup>3)</sup>, totus in manu mea stat, pollicitusque est omnia facturum se, quae ego nunc et posthac suadeam. Praedicavi ego ingenium tuum et eruditionem atque futuram spem, quam indubitato de te sibi possit praeponere. Quare, mi charissime Daniel, per omnes Deos te adjuro, fac eam diligentiam quam potes optime, parce sumptui superfluo, fuge consortia, totum te dedas philosophiae, quo in famigerabilem<sup>4)</sup> evadas magistrum, et tua te doctrina, diligentia et probitas in magnum aliquod lucrum promovebit. Mihi crede, talem<sup>5)</sup> tibi futuram esse famam, qualem te jam gesseris. Jam potes per te tua diligentia opinionem in vulgus inserere, quae cum fructu et foenore maximam tibi olim messem est redditura. Sic et tibi bene erit, et pater intelliget me non imposuisse tibi. Nec est, quod ego in te dubitare possim, si Scyllam Charybdemque<sup>6)</sup> evitabis. Sunt enim in mari, quod ingressus es, duo pericula, unum amplitudo genii tui, quo affectas omnia etiam peregrina addiscere, Graeca, Hebraea et alia; hanc Scyllam si non declines, vix ad eum portum concedes, quo te venire lucrosus esset. Alterum autem

<sup>1)</sup> Zeno Rychard schrieb aus Wien an den Vater 1526 (Ep. Rych. 285 v. Parasceve), 286 (30. Nov.), 287 (5. Juli), 288 (30. Nov.), 1527 (No. 576, 577), Octava paschae 28. April u. 9. Mai 1528 aus Thorn, wo er nach verweigerter Heimkehr und längerem Vagabundenleben eine Hauslehrerstelle angenommen. Wahrscheinlich ist der mitgeschickte Zenobrief der im Briefcodex erhaltene von der Osteroktav (28. April) oder vom 9. Mai 1527 (Nr. 576 oder 577). Die dort berichtete Erkrankung erklärt sich durch Mauchs Brief vom Karfreitag 1527 (N. 579) und die zu XIII angeführten handschriftlichen weiteren Belege.

<sup>2)</sup> Vater Mauchs, bei dem Wolfgang R. jedenfalls Genehmigung und Unterstützung seines Weiterstudierens oder Universitätswechsels, ähnlich wie früher schon 1523 (IV), vermitteln sollte.

<sup>3)</sup> Figuren aus Terenz, Adelphi: Demea (Δημέας) 80 ff, Micio (Μιχίων) 60 ff.

<sup>4)</sup> famigerabilis habe ich noch in einem anderen Brief der Rychardschen Korrespondenz (Ep. Rych 393 von Philomusus) gelesen, aber in keinem der Lexica mediae latinitatis gefunden.

<sup>5)</sup> Wie hier so öfters rot unterstrichene Stellen in der Originalhandschrift.

<sup>6)</sup> C. H.: Charybdim.

sunt consortia, quibus tu facile addiceris; his in praesentia nullum des locum, sed tuis negociis invigila et incumbe, ne occasionem, aetatem et nummos inaniter consumas, socios, scorta, vacuum marsupium, bona verba, nulla suffragia praepostero more compares<sup>1)</sup>, cum ego vellem te famam, nummos et vulgi calculum adipisci. Multa in hunc modum praedixi tibi, quae si sapis, memoriam refricabunt. Parce me tam familiariter tecum egisse, nisi enim ego consultum vellem rebus tuis, silerem potius. Vale ex Ulma.

## XVI.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.  
Erfurt, 1529, Mai 23.

Ep. Rych. No. DXVIII

I IV, t. II. p. 627—631 (f. 276).

Doctissimo artium et medicinae doctori domino Wolfgango Rychardo domino suo colendo Daniel Mauchius Ulmanus S. D. P. Quando (quod jam dudum timebam) ita accidit, ut vivis parentibus<sup>2)</sup> orphanus fierem, ipse rebus meis utcunque consulere coepi. Veni igitur relicto domino meo<sup>3)</sup> et abdicata servitute, quae plerumque est sordida, Erphordiam<sup>4)</sup> celeberrimum olim Germaniae Gymnasium, ibique me contineo in collegio, quod vocant portam coeli<sup>5)</sup>; habeo discipulos, quos doceo, qui me pecunia iuvant, ut honeste vivere possim. Cum autem hic sit magna doctorum penuria, ego qualitercunque literis imbutus inter omnino indoctos<sup>6)</sup> aliquid esse videor. Sed vide quaeso, quid obstat dignitati meae; petierunt ex me, ut publice profiterer (veni enim in amicitiam magnorum viro- rum). Cum autem magisterii gradum non habeam, stipendia, quae alias sunt amplissima, de more et consuetudine porrigere, quamvis vellent, non audent. Petierunt ex me, num essem magistrandus: sum inquam: Tunc illi: Affer quaeso literas et sigillum Academiae, in qua studuisti, nos te vel gratuito vel parva certe pecunia magistrum faciemus. Ego autem cum in Italiam<sup>7)</sup> venissem, magisterium et magistrales literas parvi feci, atque cum essem in Mosca via<sup>8)</sup>, sigillum literarum<sup>9)</sup>, quas Tubingae olim mihi dederant,

<sup>1)</sup> Rot unterstrichen ne - compares.

<sup>2)</sup> Anspielung wohl auf die wahrscheinlich vergebliche Vermittlung Rychards beim Vater, s. XIV, XV.

<sup>3)</sup> Jedenfalls Sigmund von Herberstein. Der Bezug der Erfurter Hochschule schliesst sich jedoch nach XIII nicht unmittelbar daran an.

<sup>4)</sup> C. U.: Erphodiam.

<sup>5)</sup> Die 1412 von Amplon de Fago gestiftete Burse, Collegium Amplonianum oder auch Himmelspforte genannt, s. Falk II S. 47.

<sup>6)</sup> C. U.: doctos.

<sup>7)</sup> In Begleitung Campeggios 1525, s. oben XI, nicht wie Falk II fragend vermutet, als Studierender; möglicherweise hat er sich schon damals in Bologna, der von ihm besuchten Heimat seines Herrn, einschreiben lassen s. oben S. 144 A. 2.

<sup>8)</sup> In Begleitung Herbersteins 1526/27, s. oben B.

<sup>9)</sup> Jedenfalls das Baccalaureatsdiplom.

perfregi. Literas tamen puto esse in quodam fasciculo, qui ex Venetiis<sup>1)</sup> mihi allatus est, eum tibi cum aliis quibusdam monstrabit Helena, matris meae soror<sup>2)</sup>. Si ligatus est adhuc fasciculus ille, solve quaeso; sive solutus est, omnes partes afferri jubeto, et diligenter inspicere, num adsint ex Tubinga allatae literae. Eas si inveneris, sigillum quaeso apponi facias; si vero nusquam videbis, cura, ut novae scribantur literae, quae viginti cruciferis comparari possunt. Decanus autem, qui tunc erat, cum complerem, nominabatur Magister Fridericus Scaupp de Bessicka, theutonice Bacch, mihi valde amicus<sup>3)</sup>. Invenies praeterea, nisi omnia dispersa sint, Bullam mihi a Cardinali Campegio<sup>4)</sup> datam, in qua in comitem palatinum<sup>5)</sup> et Papae acholytum creor: praeterea formatum (ut vocant) primae tonsurae, in quo ecclesiastico ordini adjungor<sup>6)</sup>. Haec omnia quia in episcopali civitate sum, usui mihi esse possunt. Vellem igitur Tubingenses sigillatas literas primo, postea Bullam, deinde formatum diligenter colligares atque Hieronymo Rottengatter<sup>7)</sup>, cum ad Lipsenses<sup>8)</sup> autumnales nundinas venerit, dares ad me perferendas. Ego enim ex Lipsia<sup>9)</sup> huc afferri curabo. Sin vero citius per aliquem hominem certum Erphordiam mittere potueris, gratissimum mihi feceris. Ut autem praeter jacturam tuam haec fieri queant, invenies in rerum mearum fasciculo physica et logica Eckiana<sup>10)</sup>, quae Tubingae docentur, quae ad minus (ut ipse auguror) duobus aureis vel saltem semiduobus vendi possunt, eos libros do tibi ploenam<sup>11)</sup> his literis vendendi potestatem<sup>12)</sup>.

<sup>1)</sup> auf der ersten Italienreise 1525.

<sup>2)</sup> Mauchs Tante erwähnt auch in Ep. 114 (XXVIII) und wohl auch 519 (XVIII) (cognatae meae).

<sup>3)</sup> vgl. oben IX. Schaupp war demnach 1523 Dekan; nach Hermelinks neuen Forschungen über die „theol. Fakultät in Tübingen vor der Reformation“ 1906 S. 211 begann Schaupp den Cursus biblicus 3. Juli 1521, die Sentenzen 24. Mai 1524. Im Jahre 1514 hatte er das Baccalaureat erhalten, 23. Juli 1514 war er Magister artium geworden. Den Lehrstuhl des Sententiarius vertauschte er, wie viele andere Gelehrte seiner Zeit, manche auch wegen der Reformation (1534), mit der Pfarrei in Riedlingen, wo Zwick verdrängt worden war. Johann Fabri führt ihn unter den constantes in fide catholica doctores an. Vgl. Zeitschr. f. Kirchengesch. 1900 S. 90. Die Uebersetzung bzw. etymol. Ableitung Bessicka, Bacch, Ach scheint sonst nirgends bezeugt.

<sup>4)</sup> s. oben Ep. XI und XII.

<sup>5)</sup> Ueber das kaiserliche Palatinat, das dem päpstlichen nachfolgte, s. unten XXV.

<sup>6)</sup> Dass er dabei nicht die Absicht hatte, in den geistlichen Stand einzutreten, bekennt Mauch selbst s. oben XI.

<sup>7)</sup> ein Gabriel Rotengarter ex Ulma, jedenfalls aus derselben Ulmer Familie, ist 19. Juli 1508 in Tübingen immatrikuliert (Urk. Tüb. S. 572) und 1511 in Freiburg (Württemberg Viertelj. 7 (1898) S. 360).

<sup>8)</sup> C. H.: Lypsenses.

<sup>9)</sup> C. H.: Lypsia.

<sup>10)</sup> C. H.: Ekiana. Ueber Ecks Logik vgl. Prantl, Geschichte der Logik IV. 284 ff. Th. Wiedemann, Dr. Johann Eck 1865, enthält ein sorgfältiges Verzeichnis der gedruckten Werke und des schriftlichen Nachlasses Ecks.

<sup>11)</sup> ple(-ae) nam: C. H.

<sup>12)</sup> Offenbar bezieht sich hierauf und ist danach zu datieren Ep. Rych. 317 (= XVII), wo Rychard den Bücherverkauf ablehnt.

Cum pecunia, quam acceperis, puto te nuncium<sup>1)</sup> et literas soluturum. Si vero libros tecum habere volueris, donec salvus ad te rediero, vel hic aliquid pecuniarum corrasero; scribe totam summam quam exposuisti, ego omnia persolvam. Satis autem mature haec ad me perferentur, si ante Novembrem accepero; tamen majorem in modum a te peto, ut quam primum literas ad me scribas, quid sis<sup>2)</sup> facturus. Unum oro mihi ut ignoscas, quod tantum tibi alias occupatissimo oneris impono, quod certe non imposuissem, si praeter te, qui hoc efficere posset, in tota Ulma aliquem cognovissem. Quare per omnia oro, quibus aliquid abs te impetrare possum, ut huic dignitati meae vel potius saluti quantum potes consulere velis. Zenonem<sup>3)</sup> tuum audivi paulo antequam ego huc veni, ex Wittenberga venientem hinc discessisse eum; si tecum est, meis verbis plurimum saluta, si ille voluerit, magnam partem hujus negotii conficere potest. In literarum inscriptione si quas mittere volueris, scribe in porta coeli. Bene vale et me commendatum habe ex Erphordia in dominica trinitatis Anno 1529.

## XVII.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch (in Erfurt).

Ulm, 1529, (zwischen XVI. und XVIII., 23. Mai u. 16. August).

Ep. Rych. No. CCCXVII.

I. III, t. II. p. 132 - 136 (f. 185).

Wolfgangus Rychardus Danieli Mauchio.

Salutem in Christo charissime Daniel.

Literas ex gymnasio Tübingensi<sup>4)</sup>, tuam strenuam diligentiam, quam navasti in philosophico studio in praesentia ad te mitto, viginti cruciferis<sup>5)</sup> ex meo marsupio conciliatas. Nolui enim supellectilem tuam librariam vendere, quemadmodum jusseras, quoniam semper paratus sum, tibi tantam summam vel majorem vel donare vel credere. Magister scholae nostrae<sup>6)</sup> fecit boni amici munus, cui per epistolam gratias agere potes.

Si qua alia restant, quibus tibi gratificaturi valemus omnes, jube et factum puta. Filius<sup>7)</sup> adhuc moratur apud nos medicis

<sup>1)</sup> Wahrscheinlich der Ep. 317 genannte Gienger.

<sup>2)</sup> C. U.: sit.

<sup>3)</sup> Zeno Rychard war nach langen Irrfahrten von Wien nach Thorn, Danzig, Pommern, nach Hamburg gekommen, von wo er mit Empfehlung Bugenhagens zu Melanchthon 1528 nach Wittenberg ging. Dort verwendete sich auch der Praeceptor Germaniae bei dem an aller Besserung verzweifelnden Vater Zenos, der ihn schliesslich nach der Abbitte des Sohnes v. 10. März 1529 (Ep. Rych. 179) in Ulm aufnahm; jedoch tats nur kurze Zeit gut (Keim W. R. 372).

<sup>4)</sup> Gemeint sind die in Ep. XVI erbetenen Immatrikulations- und Baccalaureatsurkunden. Das hier wichtige Komma fehlt wie häufig in Original und Kopie.

<sup>5)</sup> C. U.: curiferis.

<sup>6)</sup> Wohl der Rychard befreundete Magister Grüner in Ulm, in dessen Haus 1520 Jakob Locher Philomusus während der Pest in Ingolstadt zu Gaste war (Keim, W. R. 323), vielleicht aber auch der oben IV und XI genannte Oheim Mauchs, Magister Crispus bzw. Lucas.

<sup>7)</sup> Zeno Rychard 1529 aus Wittenberg zurückgekehrt und wieder in Gnaden angenommen, aber Oktober 1530 wieder auf Reisen (Ep. Rych. 133).

libris incumbens, practicam meam et apothecae negocia in dies speculatur, quo instructor (si per bella licet) ad proximam aestatem in Italiam proficiscatur atque mysteria doctoratus secum re-  
diens portet.

Literas hasce, ut ex datis <sup>1)</sup> vides, diu ante Giengerii <sup>2)</sup> abitionem scripsi; volebat enim eas mercibus complicare, ne per eas in sacco gravaretur, quare nova, quae jam volant, interim dum redduntur literae, omnino consenescent. Turcarum autem imperator maximo stipatus exercitu Ungariam ingressus per Danubium ascensus timendus est, nostra oscitantia, successu suae fortunae illectus, Austria occupata atque Bavaria subjugata non cessabit Sueviam infestare, quae omnia sibi secundum flumen ad manum sunt. Ego dudum tecum consultavi, si (quod dii avertant) Turcas Bavaricas fores pulsare contingeret, quod mihi, uxori atque filiis salutem diis propitiis fuga quaerere instituum, atque alio migraturus vel ad Helvetios vel ad Saxones concessurus, pedem aliquamdiu figam. Facies itaque mihi rem gratam, si exploraveris apud municipes istic, qualem sinant esse conditionem doctorum apud suos cives, an liceat doctori aedes conducere Erdfurdiae et libere sine exactione commorari, quaemadmodum Tubingea solent, et in nostris gymnasiis, vel si nominatam pecuniam annuatim opus sit pendere illos doctores qui ipsis commorari velint, et quantam statuam et etiam qualis sit sors medicis, an opus eorum exercendi copiam habeant, quam faustiter medici agant in illa regione, utpote qualis usus medicorum, talia apud pharmacopolas explorare poteris. His omnibus in epilogum lectis ad me perscribe. Si enim conveniens mihi conditio visa fuerit, Thurca ingruente ego hinc obiturus nullibi aptatius quam apud vos nunmos meos insumerem. Vidi enim hactenus in Ungaria nuper et olim Constantinopoli meliorem partem elegisse, qui fuga rebus suis consuluerunt. Vale.

## XVIII.

Daniel Mauch an Wolfgang Rychard in Ulm.

Erfurt, 1529, August 16.

Ep. Rych. No. DXIX

I. IV. t. II. p. 631-634 (f. 277<sup>v</sup>).

Doctissimo artium et medicinae doctori Wolfgango Rychardo domino suo plurimum honorando Daniel Mauchius Ulmensis.

Salus, gaudium et pax a Christo Jesu.

<sup>1)</sup> Diese fehlen, sind aber diesmal leichter zu vermissen.

<sup>2)</sup> Oeffters verwendet als Briefbote nach Rychards weitverzweigter Korrespondenz, so Ep. 162 (1522) quidam Gienger Ulmensis, Ep. 515 (1523) durch Gienger von Magenbuch aus Wittenberg nach Ulm. Gienger, Zacharias, Mathäus, Johann, Wolfgang, Georg, Damian, sind in Tübingen 1479, 1494, 1495, 1522 immatrikuliert. Den Vizekanzler des Königs, den sehr gelehrten Herrn Georg Ginger, lässt Mauch aus Valencia 26. April 1540 durch Friedrich Nausea in Wien um Unterstützung seiner Angelegenheit ersuchen (Falk I, S. 33).

Quas septimo Calendas Augusti ad te misi literas, vereor tibi non redditas esse<sup>1)</sup>; quid enim causae sit majoris tuarum literarum intervalli, demiror. Quare patrone mi colende, si redditae sunt, per caput tuum impetratum velim, quod etiam nunc peto et quaeso, ut completionis meae (ut vocant) literae quam citissime mihi mittantur. Possunt, si eas habes, commodissime Frankfordiam<sup>2)</sup> mitti; nam proximis nundinis<sup>3)</sup> eo venient ex Erphordia<sup>4)</sup> multi mihi notissimi, qui libenter ad me ferent, quorum aliquot in chartula hic inclusa nominavi, qui superiore Junio vobis meas<sup>5)</sup> reddidit literas<sup>6)</sup>, ternas a te, alteras a filio<sup>7)</sup> cum cognatae<sup>8)</sup> meae literis et quidquid praeter haec erat, diligentissime pertulit. Interea ne tenuem quidem auditionem, vel minimum (ut ajunt) ἰωτα de vobis accepi, quare te oro, ut ad me saepius scribas; sciasque mihi nihil hoc tempore gratius esse quam aut scribere ad te aut tuas legere literas. Quod ad nostram literariam rempublicam attinet, sic habe: omnia ita et concidisse et facere ut extincta et deleta esse et ita extincta et deleta, ut numquam restitui posse videantur<sup>9)</sup>. Minime igitur consultum puto (quamvis satis bene hactenus vixerim) me in eo loco manere, ubi spes nulla sit me unquam posse majorem fieri; magister quidem in artibus et levi impensa et facile fieri possem; hoc tamen impetrato nemo hic est, qui vel leges vel medicam profiteatur<sup>10)</sup>, neque in centesimo anno vel doctior vel doctor fieri possem. Statui igitur tuo accedente consilio Coloniam<sup>11)</sup> proficisci, ubi me opera Conradi Köllin<sup>12)</sup> conterranei nostri et magisterium et discipulos, qui vel quinquennio<sup>13)</sup> me nutriant, habiturum confido. Si hoc consultum videretur, esset maturius hinc discedendum. Caeterum quo minus moveor, tamen etiam

<sup>1)</sup> Diese sind tatsächlich nicht angekommen, jedenfalls nicht im Briefcodex erhalten.

<sup>2)</sup> C. H.: Franckfordiam.

<sup>3)</sup> Ulmer Kaufleute auf Leipziger und Frankfurter Messen auch Ep. Rych. 518, vgl. Keim, W. R. S. 349.

<sup>4)</sup> Oben XVII: Erdphordia.

<sup>5)</sup> multa[s]? in Cod. Ulm.

<sup>6)</sup> Jedenfalls die in Ep. XVI erbetenen Urkunden.

<sup>7)</sup> Zeno Rychard, aber nicht überliefert.

<sup>8)</sup> Die in XVI genannte Tante Helena.

<sup>9)</sup> Ueber den Verfall der Hochschule durch die religiösen Wirren s. Janssen, Gesch. d. dtsh. Volkes II, 15, A. S. 210, Naegele in Württbg. Viertelj. 7 (1898) 355.

<sup>10)</sup> Auskunft über Stand der Aerzte in Erfurt erbat W. R. in XVII.

<sup>11)</sup> In Köln war Mauch schon 1524, s. oben IX.

<sup>12)</sup> Der Dominikaner Konrad Köllin aus Ulm, s. Paulus in Innsbr. Z. f. kathol. Theol. 20, (1896) 47 ff.; Die deutschen Dominikaner im Kampfe gegen Luther, S. 111—134, abgedruckt in Diöz. Archiv v. Schwaben 14 (1896) S. 49 ff. Dazu G. Veesenmeyer: Nachricht von K. Köllin, in Kirchenhist. Archiv von Stäudlin, Halle 1825 S. 471—501, aber ohne Kenntnis der wichtigsten Werke Köllins. Schon 1749 erschien eine Dissertation v. J. H. Lose in Helmstädt: Diss. inauguralis de C. Koellino . . . infensissimo Megalandri Lutheri hoste . . .

<sup>13)</sup> C. U.: quinquennio.

scribere volui. Sunt qui me Wittembergam vocent <sup>1)</sup>, modo non auri montes <sup>2)</sup> pollicentes, immo latinae linguae lectorem vel in triduo me fore contendunt. Esset quidem mihi pergratum propter graecas literas adipiscendas hyemare Wittenbergae, et ad Pentecostes (ut vocant) festum et latine et graece doctum adire Coloniam. Plerique enim sunt, qui graecas quoque literas vel in principio filios suos discere velint. Si igitur talis fierem praeceptor, in quo nihil desiderari posset, in quo non praestarem caeteris? Quid putas fore reliquum, quin totam vitam et in summo honore et gaudio vivere possem? Peto igitur a te, ut quid mihi faciendum putes, quam primum et diligentissime mihi perscribas. Nam licet haec omnia incepta sint, tamen nullum conficiam sine consilio tuo, immo illud optimum judicabo, quod tu faciendum putas; et omnes id approbaturus confido, et maxime in rem meam fore mihi iam persuasum est; quare etiam atque etiam rogo, ut quam primum rescribas. Nullas adhuc a parentibus <sup>3)</sup> literas accepi, licet ter scripserim. Interroga Joannem Henricum Neithart <sup>4)</sup> prope praedicatores habitantem, vel Caspar Gelb fabrum, eorum ut audio commissarios, num valeant et salvi sint, meque hic valere ipsis nunciare jube. Bene vale ex porta coeli Erphordiensi 17 Calend. Septembris Anno 1529.

## XIX.

Wolfgang Rychard an Daniel Mauch (in Augsburg).  
Ul'm, 1530 (vor XX, 21. Juni), Mai od. Juni?

Ep. Rych. No. CCCXL

I. III, t. II. p. 231, 232 (f 198v).

Wolfgang Rychardus eidem Danieli S. P.

Oblitus fui, cum hic apud nos morareris, charissime Daniel: quoniam Moecenas et dominus tuus cardinalis <sup>5)</sup> oriundus est ex Bononia, si jam Augustae contingat <sup>6)</sup> te curiam ejus intrare, ut memineris filii Zenonis atque Joannis Byschlagii <sup>7)</sup>, qui ambo (ut

<sup>1)</sup> Zeno Rychard war wohl noch in Wittenberg, z. B. nach Ep. Rych. 414 v. 13. Apr. 1529 aus Nürnberg: redit ab exilio filius tuus Zeno, qui iam prudens factus . . . honeste vivere cupit; andere sind meist früher u. also datiert: anno a misso spiritu Heliae quarto, quinto; vgl. zu dieser Datierung Keim, W. R. 329, 1523 u. 1524 (z. B. Ep. 544, 545); undatiert 482, 483; an Magenbuch 509–515.

<sup>2)</sup> Montes auri, vgl. Terenz, Phormio I, 2, 18.

<sup>3)</sup> Nach XVI (vivi parentibus orphanus) scheint er verstossen zu sein, wie sein Jugendfreund Zeno.

<sup>4)</sup> Joh. Nyhart. Ulmanus baccalaureus ist 14. Juli 1522 in Tübingen immatrikuliert (Urk. Tüb. S. 627). Neithart und Gelb werden auch XXXIII gegrüsst. Nach den praedicatores fragt Mauch oben XI.

<sup>5)</sup> Kardinal Lorenz Campeggio, geb. 7. November 1474 zu Bologna; s. oben XI A. 12.

<sup>6)</sup> Wie Ep. 407 (XX) zeigt, ist es Mauch gelungen.

<sup>7)</sup> Ueber diesen Ulmer Jugendfreund s. oben I A. 3; XXI A. 1.

spero) jam jam Bononiae sunt apud Doctorem Nicolaum a Victoriis<sup>1)</sup>, medicum praestantissimum, cum (ut in dies fit) aliquis aulicus Bononiam rescribat, tu hisce literis, tuas etiam annectas ad filium, per quas statu omnium nostrorum certiozem reddas filiumque ad rescribendum instiges. Nam post discessum<sup>2)</sup> nullas interim recepi literas. Praeterea si vales, quam ocysissime mihi significes, quam belle valeas. Vale<sup>3)</sup>. (Schluss folgt).

<sup>1)</sup> Ep. Rych. 343 f. 199 C. H.: Brief Wolfgang Rychards an Nicolaus a Victoriis von Bologna ohne Datum, annähernd aus der Notiz zu bestimmen: Zeno, qui iam novem circiter annos Germaniam, Austriam, Hungariam, Poloniam, Prussiam aliasque finitimas regiones peragravit philosophiae medicinaeque operam navans, ad vos proficiscitur. Johann Byschlag ist nach Ep. 341 schon in Bologna. Nach Ep. 335, geschrieben nach 2. Juli. jedenfalls 1530, wollen beide aus Bologna weg. In Sarti, De claris archigymnasii Bononiensis professoribus 1769 fand ich den Namen nicht. Vgl. dazu Malagola, I rettori dell' univ. dello studio Bologn. in Atti e memorie della R. Deput. di storia patria per le prov. di Romagna s. III, v V (1887), 244 ff. In den Acta nationis Germanicae univ. Bonon. 1887, h. v. Friedländer nach Malagola, I libri della nazione tedesca presso lo studio Bolognese 1884 fand sich nur ein Ulmer genannt.

<sup>2)</sup> Bereits 24. Sept. 1530 schreibt Zeno aus Ferrara (Ep. Rych. 289), er wolle des Klimas und seiner Krankheit wegen bald nach Padua, vel Patavium, ubi celeberrimum est studium, auf einige Monate gehen, dann nach Venedig, nicht jedoch nach Bologna des Geldmangels wegen, er brauche dort nicht mehr Geld als in Ferrara: Si Ferrariae tristis et librorum beneficio et usu impotens mansissem, was er auf der Reise näher auslegen will. Der Schluss des Briefes lautet schon: vale bene Venetijs und am 14. Okt. 1530 aus Venedig (Ep. 133), welch letzteren allein erst Keim kennt und zitiert. Ueber Padua vgl. Fleckeisens Jahrb. 1873, S. 65 ff.

<sup>3)</sup> Vale fehlt in C. U.; dort Stellung: si quam ocysissime vales.